Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dixit dñs ad moysen et aaron in tra egipti. Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universam cnam filios isrl et dicite eis. Decima die mensis hui? tollat unusquisq; agnum per familias domos suas. Sin autem minor est numer? ut sufficere possit ad vescendum agnum. assumat vicinum qui iunctus est domui eius iuxta numerum animarum q sufficere possint ad esum agni. Erit enim agnus absq; macula masculus anniculus. Juxta quem ovium collectus et hedum. Et servabitis eum usq; ad quartam decimam diem mensis hui? immolabitq; eum universa multitudo filiorum isrl ad vesperum. Et sumet de sangine ac ponet super utrumq; postem et in superliminibus domorum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni et azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid: nec coctum aqua sed assatum tantum igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis. nec os eius frangetis ne remanebit ex eo quicq' usq; mane. Sed quod residuum fuerit igni comburetis.

Sic autem comedetis illum. Lumbos vestros accingetis calceamenta habebitis in pedibus vestris tenentes baculos in manibus et comedetis festinantes. Est enim phase id est transitus domini. Tractus.

Eripe me domine ab homine malo a viro iniquo eripe me. ℣. Qui cogitaverunt malitias in corde tota die constituebant prelia. ℣. Acuerunt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labiis eorum. ℣ Custodi me domine de manu peccatoris et ab hominibus iniquis libera me ℣. Qui cogitaverunt supplantare gressus meos absconderunt superbi laqueum mihi. ℣ Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi domino deus meus es tu exaudi ℣. domine vocem orationis mee. ℣. Domine domine virtus salutis mee obumbrasti capiti meo in die belli. ℣ Ne tradas me a desiderio meo peccatoris cogitaverunt adversum me ne derelinquas me ne umquam exaltent. ℣ Caput circumdantium labia ipsorum operiet eos. ℣ Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum vultu tuo.

In mediate legatur passio absq; salutatione et benedictione et sine titulo in principio. Egressus ihesus. Et fuit due